

et què liberè & amplè, uti præsentes ipsi id faceremus, vel facere possemus, quo cunque etiam specialiori & expressiori mandato quam quod præsentibus hisce continetur, ad illa opus visum fuerit Promittimus & præterea declaramus fide, verboque nostro Regio acceptum & gratum, firmum quoque & ratum habitu-ros quæcunque prædictos Legatos nostros Plenipo-tentiarios, vel coniunctim, vel separatim, acta conclu-sa, signata, extradicta, vel commutata fuerint abstrin-gentes. Nos hisce præsentibus ad expediendum Rati-ficationum nostrarum diplomata in decenti & solemini formâ intraque tempus prout convenerit. In quorum fidem & robur præsentes manu nostrâ subscriptas, Si-gillo nostro Regio firmari jussimus. Dabantur in Pa-latio nostro Regio Coloniæ ad Suevum die vigesimâ-quintâ Februarii, anno reparatæ salutis M. DCCXIII. Regni nostri primo. Erat signata, F. WILHELMUS; & infrà, I L G E N.